



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres**

**Gulielmus, Janus**

**Antverpiae, M. D. LXXXII.**

Cap. XVI. Euripidis Medea locus emendatus, & cum simili Ciceronis  
compositus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Varro, cuius super hac re sententiam, quæ Menandri eius heferat, ex Nonij duobus locis à me comparatam huc adscribam:

*Non modo furis apertis, sed penè natibus apertis ambulat: cum etiam Thais Menandri tunicam habeat ad talos demissam.*

Notat schema vestitus nostro seculo non insolens: ubi & hoc noto, vidèri politissimum virum more suo alludere ad locum poëta veteris æqualis sui, certe non multo maioris Turpilij, ex cuius Demiurgo hæc adferuntur:

*aperta sura, brachia autem procerà horrore in mihi Ex corde exsuscitabant.*

Verba sunt, ut apparet, puellæ fastidientis in proco & corpore enormi & deformi habitu. Itaq. sibi eas magis odio ac senio esse ait, ut ex eadem hac fabula citat Nonius. Eadem de causa scribserat Modium, quo, ut ex fragmentis intelligimus, in victu & vestitu reprehendit vtrumque τὸ πλεοντε καὶ τὸ ἐλαττον; probavit, id quod titulus docet, τὴν μεσότητι. Modius enim ipsi planè id est, quod Græcis τὸ μέσον, M. Tulij mediocritas quæ inter nimium & parum est. In quo libro præter cetera memorabile illud & tamquam è tripode Apollinis oraculum; non eos optumè vixisse, qui diutissimè vixent, sed qui modestissimè, id est modice. Quis verbis postremis ad Plauti, ut solet, alludit, Persa:

*Modice & modeste melius vitam vivere.*

## CAPVT XVI.

*Euripidis Medea locus emendatus, & cum simili Ciceronis compositus.*

EURIPIDIS Medea primore statim fabula ita

B 3 allo-

alloquitur puerorum regionum magister eorum dem  
alumnam anum.

πῶς δ' ἐχλ' θνητῶν; ἀρπ γνώσεις τόδε  
ὅς πᾶς τις αὐτὸν τῆ πέλας μαῖλλον φιλεῖ.

Cum illa quæsta esset Iasonem benivolentia & p  
tatis in suos parum meminisse; subiiciens hic, q  
tandem, inquit, non idem facit at? iam intellegis  
um esse vulgò quod dici solet,

*Omnes sibi esse melius malle, quam alteri.*

Sic enim versum posteriorem interpretatus est  
antiquus, ut recte vidit eruditissimus Victorius: ubi  
que præclare priorem ita ut nos scribimus lau  
scholiaste admonitus, cum vulgò aliter legatur. So  
iicit deinde ille apud Euripidem causarum quæ  
contentionem, quis inducti amicos sibi plerumq  
postponant:

οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδεις χάρει,  
εἰ τῆς δὲ γ' ὀνῆς ὀνεκ' εἰς ἕργει πατήρ.

Quorum versuum prioris difficile est vt depellat  
sententia iamdudum suscepta, legendum videtur  
μὲν δὲ κλέει. Primùm viciniam litterarum ma  
quis cõsideret, & is maximè qui librarium & co  
pendia & ductum ex libris manuscriptis nouit: ma  
ipsam ré putet. Hoc enim, opinor, vulgata lectio  
nat, minùs multos quàm debet amare, partim multo  
partim auaritia impulsos. quod & falsum & ineptum  
est. Falsum, quia si philosophos audias, vix vnquam  
magis amabis amico, vt ius amicitia non migres  
eptum; quòd potius opponendi fuissent ij qui inuicem  
deserent amicos, iis qui iustè; quàm qui auaritia  
At nostrum hoc quod reponimus huic loco aptissim  
mum, alij, inquit, ambitione acti se amicis antepo  
nant.

Ant. M  
Varia L  
LII  
23

nonnulli etiam turpis lucri cupidine: ne tu id  
 nun iniquè feras, si sui amoris causa pater liberos ne-  
 glegit. Ponit eadem M. Tullius Lælio, ut quosdam  
 propositos, ad quos multæ multorum amicitia faciant  
 naufragium. Sin autem ad adolescentiam perduxif-  
 sent, dirimi tamen interdum contentione vel vxoria  
 conditionis, vel comodi alicuius quod idem vter-  
 que adipisci non posset. quod si qui longius in ami-  
 citia prouecti essent, tamen saepe labefactari, si in ho-  
 noris contentione incidissent. Quem ad hunc ipsum  
 Euripidis locum respexisse valde suspicor: ita eadem  
 omnia utrobique posita, quæ beniuolentiæ rescindunt.  
 de sint, ambitio, auaritia, vxoria condicio.

## CAPVT XVII.

*Paccuij versus aliquot composui de coniectura, & correcti.*

NONIUS in Senium ex Paccuij Peribœa hæc  
 adducit:

*Parum est quod te atas male habet, ni etiam hic ad ma-  
 lam atatem cruciatum adiungas reticenti.*

hic nemo non videt, mediocriter doctus saltim, lit-  
 terulam fugitiuam vocis postremæ reprehendendam,  
 ut fiat, *reticenti*. Illud fortasse non item, videri hæc  
 adhesisse aliis aliquot versibus, quos malè diuisos  
 Nonij locis quattuor ita compello, ut sic dicam,  
 et compono.

*se. Lapis cor cura, arumna corpus conficit.*

*N. Parum est, quod te atas male habet, ni etiam hic ad  
 malam*

*atatem cruciatum adiungas reticenti?*

*Esare, quæ cor tuum timiditas territ at?*

*te. Mane, expedibo actutu: ibi quod cõtrà rogo Respondeas.*